

A domo non cohabitent: Debet autem benedictio ista fieri à proprio parcho, nec quisquam nisi proprius Parochus aut Ordinarius potest alteri sacerdoti dare facultatem benedicens nuptias, non obstante quocunque privilegio aut consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, ut inquit Concil. Tridentinum *loc. cit.* Quocirca qui alterius parochie sponso, sine prædicta licentia, conjugere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus est, donec absolvat per Ordinarium ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu è quo benedictio suscipienda erat, in eodem Concil. Tridentino decernitur: & hoc procedit de quocunque sive Regulari sive seculari: Etiam si id sibi ex privilegio, vel ex consuetudine, cujus memoria non existeret, licere contendat: Et Religiosus incurrit præterea excommunicationem majorem propter Clementinam primam de Privilegiis. Observa, Synodum loqui disjunctim: Conjugere vel benedicere. Itaque ad incurtendam hanc penam, sufficit, quod quis alterutrum faciat, etiam si non faciat utrumque, ut rectè notat Ignatius Lopez in Practica, c. 77.

Alicubi etiam Arthæ sponfalitæ, & Annuli benedicuntur apud Latinos. Græcis hoc more nihil est solennius aut receptius: qui etiam ipsi nuptialibus seris propriam benedictionem dicaverunt, ut videre est in Euchologio. Lege illustrissimum Cardinalem Bellarminum, *De Matrim. c. ult. l. 7. c. 127.*

In Capitularibus Franciscis præcipitur etiam, ut quando omnia secundum leges peracta sunt, sponsa per consilium & benedictionem Sacerdotis sponsetur: *Ibid.* Neque virginibus sine benedictione Sacerdotis quis nubere præsumat.

Illud mirabile videtur, quod in Additione quarta ad septimum librum Legum Francicarum, c. 1. his verbis legimus: Illud omnibus modis observandum fore præcipimus, ut si quis Christianus vel Christiana, aut Judæus vel Judæa, noviter nuptiale festum celebrare voluerint, non aliter, quam cum promisso dotis titulo, quod Christianis salubri institutione præceptum est, vel sacerdotali benedictione intra sinum sanctæ Ecclesiæ percepta, conjugium aliquam ex his adire permittimus. Quod si absque benedictione Sacerdotis quicumque Christianorum vel Hebræorum noviter conjugium duxerit, vel solennitatem legis pro dotali titulo in quocunque transierint, aut centum principii solidos coactis exsolvat, aut centum publice verberatus flagella suscipiat. Hæc ibi. Quæ mira proflus. Anne enim benedictio sacerdotalis impertienda est Judæis sponso & sponsæ? An intra Ecclesiam istis, qui sunt extra Ecclesiam: qui eandem non modo aspernantur, sed & execrantur?

Jucundum est, quod Græcorum nonnulli servis & ancillis matrimonium ejusque benedictionem denegandam celebrant, ne ea accepta in libertatem vindicarentur. De qua re extat *versus* seu Relatio cujusdam ad Nicetam Theiologum Episcopum, qui inter cætera rescripsit: Frustra merentur domini, ne si potestas facta fuerit servis, ut interveniente benedictione legitimis cum uxoris, vel cum maritis ancillis copulentur, ipsi mancipii suis excidant, perinde ac si effusio precum sacrarum eos in libertatem raperet. Quippe metum hunc illis abstulit inclitus Imperator ille dominus Alexius per Novellam ab Ecclesiis (Græcis) approbatam. Idèque ne servi scortentur, receptum est, ut benedictione facta personæ serviles copulentur, ac nihilominus servituti sint obnoxii. *Tom. 1. Juris Græci Romani lib. 6.*

Valde reprehendit Alexander III. Papa Suecos & alios illi in regionibus populos, quod matrimonia sine sacerdotali benedictione contraherent, monerque Archiepiscopum Upsaliensem, & suffraganeos ejus, ut abulium tam perniciosum funditus extirperent. *Alex. epist. ad Arch. Upsal. quæ est 22. ex ep. Alexand. quas nuper Sermonibus divulgavit. Lib. 1. c. 10.*

In Legibus Svecorum Gothorumque, quas olim Doctor Ragualdus Ingemundus, Ecclesiæ Upsalienis Archidiaconus latinitate donavit, nuperque Stookholmæ typis edidit, hæc statuuntur. Nullus Presbyter in benedicens nuptias plus recipiat, quam unam tremissem pro qualibet candelâ, & offerat benedicti, quantum volunt. Quod si benedicti per se candelas habeant, tenetur Presbyter illos benedicere sine quavis exactione, etiam qualescumque candelas habeant: & offerant benedicti, quantum volunt. Sponsi ergo accipiebant aliquando candelas ab Ecclesiâ, & tunc tremissem solvere oportebat; interdu proprias habeant, & tunc Presbyter pro utriusque candelæ nihil exigere poterant; integrum tamen sponsum erat, ut benedicti sacerdoti, quicquid liberet, offerrent. Subjungunt Leges: Quando pauperes benedicti sunt, fiat hoc candelâ Ecclesiæ absque contradictione, & offerant,

quantum volunt. Vocamus verò pauperes in hoc casu, qui tantummodo sine quovis agorum cultu domos inhabitant, qui Presbyter non decimas, sed naula solvant, inhabitantes cum aliis, vel servientes aliis, vel mendicantes.

Addamus & hoc, quod ibidem decernitur de benedictione & introductione mulierum, post exactas puerperæ hebdomadas. Quando mulier introducit in Ecclesiam post partum, det Presbyter unam oram (monet id genus est) pro candelâ. Quod si per se vult offerre candelam, tunc oportet, ut contineat in pondere marcam mediam cere: in pecunia aliisque offerat, quantum velit: & sic introducat in Ecclesiam sine aliqua contradictione. Quod si pauper est, introducat cum candelâ Ecclesiæ, & candelâ spectet ad Ecclesiam, sicut prius.

BENEDICTIO VASORUM ET PARAMENTORUM ECCLESIASTICORUM.

De benedictionibus Ecclesiarum, Altarium & Cæmeteriorum, agemus in Titulo de Templis. Hic tantum differemus de benedictione quarundam rerum, quæ in Templo ejusque quotidiano usu, & in primis de benedictione calicis, & patenæ, cum unctione chrismatis, quæ de jure à solo Episcopo peragitur; ex privilegio vel commissione summi Pontificis, etiam aliis competere potest. Pyxidem seu vasculum, (ciborum vocamus) in quo sacratissima Eucharistia aservatur, benedici quidem debet; sed non est absolute necessarium. Idemque dicendum de Hierotheca, quam ipsi etiam Germani Germanicè Monstrantiam (*ein monstrant*) appellant, in qua sacra Hostia publicè ad orationem exponitur. Formulâ benedictionis extat in Pontificali Romano, & ad finem Missalis Romani.

Urceoli, Scyphi, & si quæ sunt alia vasa rebus divinis inservientia, ut thuribula, acerræ, candelabra, benedici possunt, & par est, tametsi non necessarium semper, ut benedicantur. Sex sacerdotalia indumenta, quibus Sacerdos indutus sacrificat, necessariò benedicenda sunt; & in Pontificali invenies benedictionem tum omnium indumentorum in genere, tum speciatim cujuslibet, etiam Episcopopalium, ut & mappatum seu lineorum Altaris: quæ gemina esse debent sub corporalibus. Antipetasmata seu Antependia, ut vulgo vocantur, vela calicis; & id genus alia; thecæ seu bursæ Corporalium, meritiò quidem benedicuntur, sed non necessariò. Necessariò tamen Corporalia, & pallæ quibus calix regitur forsitan & purificatoria. Etiam imagines benedicuntur, præsertim Cruces. Crux peculiarem benedictionis formulam habet, Crux ut & pectoralis, & Imago Deiparæ Virginis. Imagines aliorum Sanctorum sua quoque benedictione sanctificantur, ut & capsulæ pro Reliquiis, aliisque Sanctuariis includendis.

Meritiò autem hæc Ecclesiæ utensilia & ornamenta benedicuntur: licet enim ipso facto usui sacrentur, accedente tamen Ecclesiæ consecratione, uberius fit benedictio. Nam si omnis creatura per verbum Dei, & orationem sanctificatur, omnino credendum est, neque has ad tam eximium usum destinatas, benedictionis exiories remanere, quando Verbum Dei & oratio Ecclesiæ accedit. Nec sine grandi malo temeratores harum rerum experti sunt interdum, quàm consultum sit, ab his profanas manus abstinere. Terribile est, quod narrat Victor Uticensis de Proculo Ariano, sibi de pallis altaris camisiis & femoralia facere solito: qui frustrum sibi comedens linguam, in brevi turpissima consumptus est morte. *Victor. lib. 1. persecut. Vandal.*

Benedictionis vasorum & paramentorum mentio, imò sanctio est in Capitularibus Franciscis lib. 7. c. 329. Statutum est, ut nullus Sacerdos in aliis, quàm in Deo dicatis vasis, & ab Episcopo consecratis, ministris, seu Missas celebrare præsumat, &c. Sunt etiam ab Episcopis consecranda, & benedicenda Corporalia, pallæ ac alia vestimenta sacerdotalia, nec non & omnia, quæ in usus Basilicæ vel altaris sine ministris sacerdotum (Leges, sive ministri sacerdotum) ad divina mysteria explenda complectuntur, quatenus una fuit, quæ, cum delectur à Dæmone suo, reverendo à ludis, in itinere, antequam pervenirent domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ, adivit pullari campanam mane pro Ave Maria: sic dæmon debuit eam deponere & discedere. Quam deponit statim juxta ripam quandam, ubi erant pineta quedam. Narrat deinde, quomodo ibidem à juvene quidam inventa & agnita fuerit, & quomodo post multa diverticula juveni silentium fideliter pollicenti, totam rei seriem aperuerit: qui tamen po-

Forma hujus ritus extat in Pontificali Romano, & in libro, qui Ordo Romanus inscribitur. Hospius Calvinista ait, circa tempora Caroli magni invaluisse more baptizandi campanas: verum id in suis constitutionibus verisile. Pulchra consequentia, Carolus Magnus vetuit, ne campanæ baptizarentur; ergo mos benedicendi Campanas non est Caroli

Magno

A Magno antiquior Sanctio Caroli est ista: Ut Clocas (*Sloten*) non baptizent, nec chartas per periculas pendant propter grandinem. Ubi Scholasticus, virus Amerbachius. Prohibetur hic supersticio, non aliqua legitima & Ecclesiastica benedictio, vel consecratio non superstitiosa. Rectè & appositè Amerbachius; Quomodo enim Ecclesiasticam benedictionem Campanarum Carol. magnus prohibuisset, cum magister ejus Alcuin. benedictionis, ut sic loquar, campanarum mentionem, tanquam rei passim usitatæ, faciat? ita scribens; Neque novum videri debet campanas benedicere, & ungere, eisque nomen imponere, &c. Quod si verum est, ut sanè est, tum falsum esse oportet, quod cum suo Balneo Hospius asserit, Joan. XIII. PP. circa Annum DCCCC. LXVIII. primum fuisse, qui Campanas baptizatis, hoc est, consecratis, nomina imponere cœperit, ipsumque Majori Lateran. Ecclesiæ campanæ suum communicasse nomen: nam Alcuin. longè antecessit Joann. XIII. & tamen nominis Campanis imponi consueti mentionem facit; nec ut de re nova, sed ut de veteri loquitur. De isto autem Joanne Pontifice ita scribit Baron. tom. 10. ad Annum 968.

B Tempore Joan. XIII. Pontificis, quum Otto Imp. Romæ adhuc moraretur, contigit, primariam Lateranensem Ecclesiā campanam mitæ magnitudinis, recens ære fulam, super campanile elevari: quam prius idem Pontifex sacris ritibus Deo consecravat, atque Joan. nomine, puto Baptizæ, cujus Ecclesiæ esset usui, noncupavit. Qui sacer ritus in Ecclesiâ perseveravit, ut eo modo, quo ipse usus, campanæ in Ecclesiis collocandæ, Deo primum, imposito eis nomine, dicantur: quod testantur veteres codices rituales: licet errore vulgi pro arbitrio utentis vocibus dicantur baptizari campanæ, cum ita ab Episcopis benedicuntur, non aliunde baptismi in re longè dispari mutari nomen, nisi quod sicut in baptismi nomen imponitur baptizato, ita in ea consecratione nomen campanæ datur; quæ five ea ratione, ut distingui possit à cæteris, vel quod magis conducere ad pietatem, si voce Sancti alicujus diceretur populus ad Ecclesiam convocari: cum aliqui nihil commune cum sacramento baptismi habeant ceremoniæ illæ, sed magis cum aliis factorum vasorum benedictionibus, in sanctâ Ecclesiâ Catholica antiquo usu receptis.

C EFFECTUS BENEDICTARUM CAMPANARUM. Colliguntur isti ex formula benedictionis. Rogat enim Ecclesiâ. 1. Ut ibicumque sonuerit campana consecrata, procul recedat virtus insidiantium. 2. Umbra Phantasmatum. 3. Incurio turbinum. 4. Percussio fulminum. 5. Lætio tonitruorum. 6. Calamitas tempestatum, omnique spiritus procellarum. 7. Ut cum filiis Christianorum, clangorem campanæ audierint, crearet in eis devotionis augmentum.

In alia precatio similes ferunt effectus à Deo postulantur. 1. Ut cum melodia monuerit auribus populorum, crescat in eis devotio fidei. 2. Procul pellantur omnes insidiae inimici. 3. Fragar grandinum. 4. Procella turbinum. 5. Impetus tempestatum. 6. Ut repenter infesta tonitrua. 6. Ut ventorum flabra fiant salubriter ac moderatè suspensa. 8. Ut aeræ potestates audientes campanam contremiscant, & fugiant ante sanctæ Crucis in ea depictum vexillum.

In alia precatio ita orat Ecclesiâ: Ut quicumque ad sonitum ejus convenierint, ab omnibus inimici tentationibus liberi, semper Fidei Catholicæ documenta secuturi. Item in postrema oratione: Dum his vasculi sonitus transit per nubila, Ecclesiæ conventum manus conservet Angelica, fruges, credentium mentes & corpora, salvet protectio sempiterna. Eodem ferme effectus enumerat Concilium Coloniense An. M. C. XXXVI. celebratum.

Quantum pulvis & ionus consecratarum Campanarum adversus Cacodæmonem, ejusque præstigiis ac insidiis valeat, duobus exemplis demonstrat Binsfeld. 1. de Conf. Maleficarum non procul. a fin. quorum alterum ex Grillando sumptum accidit An. M. D. XXIV. Menfe Dec. dum ipse Grillandus esset in quodam castro Monasterii S. Pauli apud Romanos ad instantiam Abbatis dicti Monasterii, ubi examina vit maleficas incarcerationes: ex quibus una fuit, quæ, cum delectur à Dæmone suo, reverendo à ludis, in itinere, antequam pervenirent domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ, adivit pullari campanam mane pro Ave Maria: sic dæmon debuit eam deponere & discedere. Quam deponit statim juxta ripam quandam, ubi erant pineta quedam. Narrat deinde, quomodo ibidem à juvene quidam inventa & agnita fuerit, & quomodo post multa diverticula juveni silentium fideliter pollicenti, totam rei seriem aperuerit: qui tamen po-

L. B. Theatr. Vite Homan. Tom. I.

stea, pollicitationis suæ immemor, factum haud celavit. Quocirca & in magistratus manus mulier illa venit.

Alterum exemplum recentissimum est, inquit Binsfeldius, quod accidit circa annu Redemptoris M.D.LXXXVI. Nam simili prorsus modo vir quidam, cum à Diabolico conventu reveleretur, ope Dæmonis vectoris destitutus est, auditio matutino pulsu ad salutationem Angelicam. *Consule Binsfeld.*

BENEDICTIO ZONARUM SEU CINGULORUM, & SIMILIVM RERUM.

Legimus aliquando zonas à viris sanctis benedictas, quarum gestatione mulieres steriles vel fecundarentur, vel ex difficili gestatione laborantes, liberarentur. *Georg. Presb. in vita S. Theod. Sitarum Archim.* Qui filios suscipere non poterant, ad B. Theodorum confugiebant, vel zonas quibus ipse benedixerat, assumbant, & precibus ipsius fiebant voti compotes.

Tali benedictione ipse Georg. qui & Eleusius discipulus S. Theod. conceptus, & in luminis oras editus est. Cum enim parentes mei, inquit ille, diu simul vixissent, nec ullos possent liberos suscipere, ad sanctum virum accesserunt, cumque zonas, quibus ille benedixerat, accepissent, ego conceptus & natus sum, & infans ipsi oblarus: qui & in sancto ejus Monasterio enutritus, à religiosissimo Præfecto literas didici.

In eadem historia memoratur etiam sequens exemplum. Sergius pius Sanctus, Ecclesiæ Magnæ Diacon. & sanctus. Patriarchæ familiaris, forem habebat, quæ cum triennio cum marito vixisset, nunquam concipere poterat. Utramque conjugem Sergius in vestibulo collocavit, & cum sanctus Christi servus Theod. à Patriarcha discederet, Joannem Hypodacorum, ejus comitem, rogavit, ut illic sanctum virum perduceret. Quod cum esset factum, Sergius Diacon. eos ad virum sanctum adduxit, & simul cum illis ad viri pedes procidit, supplicans, ut eis liberos concederet. Quibus Sanctus, Non ad me, inquit, filii, sed ad Deum accedite. Verum cum illi non desisterent obsecrare, utriusque zonas accepit, atque inter illas utrinque collocatas, genibus flexis, Deum precatus est. Post autem zonas illas restituit, ut se ingerent. Et Deigratia factum est, ut post novem menses mulier filium pepererit.

Melania Rom. mulierem difficultate partus conficiantem liberavit zona sua, ut est in ejus vita. *Tom. 1. Suri.* Quamquam hoc potius ad miracula Reliquiarum referendum videtur.

Miscellanea de variarum rerum benedictionibus.

Congentur hoc loco variarum rerum benedictiones, ex quibus una generalis est cujuscumque loci: Altera, domus novæ: Tertia, thalami: quarum formulæ reperitur ad calcem Missalis Rom. In libro Sacramentorum S. Greg. peculiaris benedictio est pro vestitio, propria etiam pro refectorio seu triclinio. Propria pro dormitorio, propria pro collatio. Item pro Scriptorio; sic appellat locum, ubi scriptio & lectioni opera datur: pro hospitali (hoc est pro loco, ubi hospites recipiuntur) pro arca, pro arca nova, pro granario, pro pistrino, pro coquina seu culina, pro lardario, hoc est, carnario, ubi caro, & similia esculenta aservantur: pro puteo, pro caminata, hoc est, pro loco, ubi caminus, ad quem homines calefaciunt. Est etiam in Rom. Missali benedictio pro nova navi, quæ nec Græcis ignota est, ut nec illa pro nova domo, pro arca, pro camino, pro puteo. Etiam recta piscatoria Græci benedicunt, & sementem. Quarum benedictionum formulæ in Euchologio Græcorum reperies.

Alicubi specialem benedictionem habent pro lardo. Apostolus universè pronuntiavit, omnem creaturam per verbum Dei & orationem sanctificari. Alicubi benedicunt aquam in festo Invent. & Exalt. S. Crucis, imposita S. Crucis in aquam: idque in eum finem præcipiunt, ut sit remedium iis, qui ardente febre discruciantur; nam in benedictionis formula oratur: Præsta nobis per invocationem nominis tui, ut hæc aqua tactu ejusdem S. Crucis sanctificata, famulis tuis, quos ardens febris excruciat, proficiat ad corporis & animæ salutem. *Vide Rituale Parochorum, editum à Georg. Batthol. Pontano, præfatio Pragense.*

Alicubi benedicunt in festo Nativ. Deiparæ Virgin. & in festo S. Marci femina & cæcæ: in festo S. Agathæ, panis & aqua alia aliis temporibus rectè & laudabiliter, si ex more & approbatione Ecclesiæ, si non universalis, saltem alicujus particularis: nam particulares quoque consuetudines, præsertim integræ alicujus diocæcos, majori auctoritate subnixæ, nequaquā repudiari debent: benedictio enim florum & herbarum in festo Assumpt. B. Virginis nec ab universali Ecclesiâ, nec

Nnn 3 nec

A nec etiā a gūntis Ecclesiis in Germania usurpatur. Et tamen sanctam ac salutiferam esse quis abnuat, nisi pietatis expert?

Potro inter res benedictas primatum quodammodo aqua benedicta obtinet. Quocirca etiam aqua benedicta omnes ferme res benedictæ benedictione finita, asperguntur.

Alex. III. Pontif. ut refert *Bar. Tom. 11. Ann. 1061. N. 61.* dedit Herimbaldo, viro strenuo & indefesso, vitorum & Hæreticorum oppugnatore, mirificum vexillum, proculdubio benedictum, ut quoties Hæreticorum insania ultra modum infaniret, illud in manu tenens eos reprimeret: quod constanter per decem & octo annos ferme implevit. Idem Alexander simile vexillum misit ad Vvilelmum Comitem Nortmanniæ, ut Haraldum Tyrannum, occupantem regnum Angliæ, post obitum S. Eduardi Regis, expelleret: ut auctor est Ingulphus, & post eum Mathæus Vvestmonasteriensis in floribus: qui obtemperanti, in signum gratitudinis, vexillum Heraldici occisi ad Alexandrinum Papam misit. *Vide Bar. ann. 1066.*

In Rom. Cæremoniis existat benedictio ensis & militis. Habebant etiam Angli olim ritum consecrandi militem: cuius formam Ingulphus in sua Historia describens, ait: Anglorum erat consuetudo, quod qui militiæ legitime consecrandus esset, vespere præcedente diem suæ consecrationis, ad Episcopum, vel Abbatem, vel Monachum vel Sacerdotem aliquem, contritus & compunctus de omnibus suis peccatis confessionem faceret, & absolutus, orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus in Ecclesia petrocharer, in crastino quoque Missam audiret, gladium super altare offerret, & post Evangelium Sacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret, & communicatus ad eandem Missam sacris Christi Mysteriis denuò miles legitimus permaneret.

Consulat Lector Rituale Rom. nuper, anno scilicet. M. DC. XX. excusum Antverpiæ, apud hæreses Ioan. Moreti.

Pleraque huc pertinentia reperiuntur in Loco & Tit. de Amuletis sacris, ubi de Aqua, Sale, & Pane benedictio. Item de Agno Dei agitur, & quæ per illam admiranda parata sint, ostenditur.

DE BENEDICTIONE, UT ACCIPITUR

PRO MUNERE.

Quod etiam Eulogium dicitur.

Eodem I. GRETSERO Auctore.
Eulogium de hac benedictionis acceptione in loco & Titulis de Amuletis sacris. Nempè ut benedictio accipitur pro munusculis, seu Eulogiis rerum benedictarum. Nunc de istis agimus, ut significant munuscula, siue res non benedictas.

AC PRIMUM NOMINIS EXPLICATIO. Tum

Quantum huius generis ab Eustochio & Marcella, S. Hieron. transmissa fuerint.

Accipi benedictionem & Eulogium etiam pro donariis non consecratis, subjecta exempla docent. Præmitto locum illum sacrarum litterarum *Ios. 15.* de Axa filia Caleb, quæ patrem suum sic allocuta est: Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguam superius & inferius. Ubi benedictio manifestè pro dono accipitur. Eadem notio subiicitur vocabulo huic in *Prælo spirituali Sophron. c. 85.* ubi refert, moris fuisse, ut in Cœna Domini & Patrice in Cœnobio S. Theodosii cuius ego daretur modius tritici sextarius, benedictiones tredecim, sextarius vini, & modius sextarius mellis; ubi per benedictiones videntur panes intelligi. Idem *c. 157.* Venit quidam susceptor peregrinorum, elemosynas erogans, & veniens in Subida Belorum dedit benedictionem. Rogavit itaque Abbatem Monasterii, dicens: Fac Charitatem, & mitte in proximum Monasterium Syrorum, ut accipiant & ipsi venientes benedictionem. Ubi aperte benedictio munus est, seu ipsa collata elemosyna.

In eodem *Prælo spirit. c. 24.* mittit Abbas Conon ad ægrotum quandam Abbatem, sudarium unum, in quo erat una benedictio, & sex numismata. Æger ille benedictionem retinuit, remisit numismata. Ubi benedictio, cuiusque tandem modi, eorum munusculum fuisse videtur.

In *Conc. Meld. c. 45.* vetatur, ne quis Episc. vel alius Minister Ecclesiasticus propter sacrum Christum aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula. Subiungitur: Decet tamen Presbyteros cum voluntariis eulogiis, tempore congruo, visitare & venerari suos Episcopos. Ubi clarum Eulogias pro munusculis, etiam non benedictis, accipi.

In *Reg. S. Bened. c. 54.* Nullatenus liceat Monacho, nec a parentibus suis, nec a quoquam hominum, nec sibi invicem

litteras, aut eulogias, vel quælibet munuscula accipere, aut dare, sine præcepto Abbatis sui: ubi Eulogis nihil aliud, quam xeniola, cuiusmodi erant mappule illæ, de quibus *S. Gregor. in rebus gestis S. Bened. lib. 2. Dialog. c. 19.* Solebat S. Benedictus, exhortationis & instructionis causa, Monachos suos aliquando mittere ad quasdam Sanctimonialia. Quadam die is, qui missus fuerat Monachus, post admonitionem factam, a sanctimonialibus feminis rogatus, mappulas accepit, sibi quæ abscondit in sinu. Qui mox ut reversus esset, eum vir Dei vehementissima amaritudine cepit increpare, dicens: Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, & quid egisset, oblitus, unde corripiebatur, ignorabat. Cui ait: Nonne ego illic præfens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibi quæ eas in sinu misisti? Qui mox ejus vestigiis provolutus, itulit se egisse penituit, & eas, quas in sinu absconderat, mappulas abiecit.

Prohibet etiam auctor de vita Eremitica ad Sororem quicquid est, (non D. Augustini, sub cuius nomine circumfertur, viri docti moment) ne inclusa Eulogias accipiat. Nolo, inquit, ut insidiaribus pudicitie vetula mixta pauperibus accedat propius, deferat ab aliquo Monachorum vel Clericorum Eulogias, &c. *Tom. 1. Operum S. Augustini.*

Quæ munuscula Religiosis interdita fuerit ad S. Benedicto, & ab aliis, tum quia omni rerum proprietate se abdicarunt, tum quia religionis disciplinam solvant, & familiaritatem non necessariam cum extraneis inducunt. Unde multa incommoda & inconvenientia.

Apud *Venant. Fortunat. l. 11.* legitur duo Epigrammata ad S. Radegundem Reginam pro Eulogiis transmissis. Ustratissimum fuit, ut sacra Christi & Sanctorum reliquias, aliasque id genus res pietatis promotorices, ut claves S. Petri, cruces & similia, sibi mutuo in signum amoris ac benevolentiae transmittenter; verum de his nobis non erit sermo hoc loco; sed de munusculis, quæ nec ad reliquias, nec etiam ad illa, quæ singulari benedictione consecrantur, spectant. Quod forsitan referenda sunt etiam Eulogis, de quibus in *Ad. d. 1. ad Lib. 7. Capitularium Francicorum cap. 98.* ut Eulogis fratribus à Presbyteris in Refectorio dentur. Videtur enim hoc loco Eulogiarum nomine eculenta & poculenta intelligi.

Eulogie seu munera Eustochii ad S. Hieron. fuerunt isthæc G Armilla, Epistola, Columna, Piper, hoc est, ut *Marian. Victor. interpretatur in Scholis ad Ep. 19. S. Hier.* Libum aliquid pipere conditum, & cæra, quæ S. Hier. non modo grata habuit, sed & mystica ac morali explicatione dilucidavit, his verbis: Parva specie, sed charitate lunt magna, munera accepisse à Virgine, armillas, Epistolam, & columbas, & quoniam mel in sacrificiis non offertur, nimia dulcedo arte mutata est, & quadam, ut ita dicam, pipera auctoritate condita: apud Deum enim nihil volupratum, nihil tantum suave placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis. &c. Armillis in Ezechiele ornatur Hierusalem. Barnabæ Epistolæ accipit à Hieremia. In columbæ specie Spiritus S. allabitur, itaque ut & te aliquid & pipere mordet, & pristini libelli etiam nunc recorderis, cave, ne operis ornamenta dimittas, quæ veræ armillæ sunt brachiorum, ne epistolam pectoris tuis cindas, quam à Baruch traditam, novacula Rex profanus incidit, ne ad similitudinem Ephraim per Osee audias: Facta es insipiens ut columba, &c.

Verum ne videat dona minuisse, accipimus & canistrum cerasis referunt, talibus & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarim; siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subjugatis, de Cæsarea primus Româ pertrahit; unde & de patria nomen arbor accepit. Igitur quia in Scripturis canistrum ficit plenum legitimus, cæra verò non invenimus, in eo, quod allatum est, id quod allatum non est, prædicamus, opamulque te de illis pomis fieri, quæ contra Templum Dei sunt, & de quibus Deus dicit: Quia bona, bona valde.

Munera à Marcella S. Hieron. Paulæ & Eustochio donata, erant isthæc: Stella, facci, cerei, calices, muscaria, de quibus *S. Hieron. Ep. 20.* Vos, inquit, dona transmittitis: nos Epistolæ remittimus gratiarum, &c. Saccus orationis signum aque jejunii est. Stella, ut foras pedes virgo non moveat, cerei, ut accenso lumine, ipsi expectetur adventus: calices mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad Martyrium præparant. Quod autem & marronis offertis muscaria parva parvis animalibus eventilans, elegans significatio est, debere luxuriam citò resingere, elegans muscæ mortuæ oleum suavitatis exterminant. Hic typus sit virginum, hxc

A hæc figura matronarum. Nobis autem, licet in perversum, munera vestra conveniant: Sedere, aptum est otiosis: in facio jacere, penitentibus: calices habere, potantibus: licet & propter non otiosos merus, & animus semper mala conscientie formidans, cereos quoque accidit fieri gratum.

Eulogia misse à Luciano Fatico ad S. Hieronymum, & huius ad illum: itemque Sulpicii Severi ad S. Paulinum, & huius ad illum.

Quæ Lucinii Eulogie fuerint, nobis ostendit S. Hieronymus in Epistola ad eundem 28. Duo palliola, & amphimallum de tuis ubibus vel utenda, vel sanctis danda, suscepit. Est autem Amphimallum seu Amphimallus, gausapina tunica, utrinque villosa, inquit *Marianus Victorinus in Schol. in Epist. 28.* iudæis enim, villum seu lanam significat; æqui, circum. Dicitur etiam *apud Isidorum in Glossis*, Amphibulum, birrum villosum. *Sulpicii Severi in vita S. Martini*: Intra amphibulum sibi tunicam latenter eduxit.

Quas porro Eulogias vicissim Hieronymus Lucinio dedit, ipsemet nobis exponit: Ego insignia paupertatis, & quotidiana symbola penitentiae tibi & fori tui misi; quatuor cilicilia, apta proposito & ubibus vestris, & Codicem, hoc est, visiones lætæ valde obcurissimas, quas nuper historica explanatione descripsi.

S. Paulinum donaverat Sulpicii cilicio. Inde sumpta occasione philosophi cepit Paulinus Epist. 10. Necessario, inquit, peccatoribus, & peccatorum deprecationis, & habitum indigentibus, pallia camelorum pilis texta misisti, quæ nos in conspectu Altissimi fratos ultimus stimulus admonent, dum asperitatem letarum compungimus, & peccatorum nostrorum horrore compungi, atque intus spiritu conterri, dum extrinsecus terunt habitum.

Post multa in eandem sententiam bis disputata reponit, gratitudinis ergo, Sulpicio agnanim seu ovinam tunicam, quam & debitis laudibus extollit. Missum tunicam, quam ab usu meo, ut de stercore utilitate collectum pannum dignare suscipere; nam vel hoc innocentia tux congruit, quod de tenero Agnorum vellere contexta blanditur attachibus. Et ut donum suum magis ornet, adjungit, unde id accepit, nempe à Melania Romana, Hierosolymis, post multos annos, reduce. Adde, inquit, adhuc pretio ejus & gratiæ, quod quod digiori proberet usu tuo de sanctæ & illustis in sanctis Dei feminæ. Melaniæ benedictione mihi pignus est. Unde te dignior visa est, cuius fides illi magis, quam noster sanguinis propinquat. Fateor tamen, aulic me, ut eam quamvis illico ut acceptam, tibi destinam, meo tamen vestitu initiando præteritem, sciens magis me tibi hac injuria præstiturum, quam si te intemerata novitate illius honoralem: simul ut mihi benedictionem quasi de tua jam esse præcipere, ut jactare possim, vestimentum me tui esse participem, qui propitio Deo, futuram ulustui tunicam, quæ fuisse, induerem.

Prius ergo induit ipse *Paulin. lib. 1.* tunicam illam, idque benedictionis gratia, ut ait: qui ad eundem Severum misit pro Eulogia, panem Campanum; de quo jam supra. Forsan panis ille huc pertinet, quia forte benedictus non erat. Peni huc adjunctæ scutellam buxam.

Eulogia ex *Venantio Fortunato, & ex Epistolis S. Bonifacii.* Acciperet Venantius à Radegunde, sanctissima Regina, Eulogias, carnes, olera, poma, pullos, lac, pruna, & id genus alia; ipse vicissim, ne ingratus esset, mel reddidit, castraneas, & similia, quæ omnia versiculis decoravit: ubi notandum illud distinctionem:

Si bene perpendas, apud omnes semper amantes; Muneribus parvis gratia major inest.

Ut proinde magnitudo muneris minimè spectanda sit. Eodem pertinet ille Pentameter:

Munere in angusto cernitur amplius amor.

In Epistolis S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, & Germanici Apostoli, crebra est mentio hujusmodi munusculorum: ut ad Danielum Episcopum Epist. 3. Parva munuscula propter indicium puræ charitatis, transmitti vobis, id est casulam non holiericam, sed caprina langine mixtam, & villosam, ad tergendos pedes dilectionis vestre.

Epist. 4. fit etiam mentio munusculorum: sed quæ illa sint, subicitur.

Epist. 5. ita loquuntur Auctores illius: Parva quoque munusculorum transmissio (scheduling istam comitatur, quæ sunt tria, id est thuris, & piperis, & cinnamoni permodica xenia, sed omnia mittimus affectione destinata.

L. B. Theatr. Vita Human. Tom. 1.

Alibi Eadburge Abbatisse Epist. 7. Parva munuscula transmittuntur, id est, unum graphium argenteum, & storacis & cinnamomi pars aliqua.

Echberto Archiepiscopo donantur exempla Epistolarum S. Gregorii Epist. 8. & corporale pallium, & Villosa una, ad tergendos pedes, cum laverit, servorum Dei. Est hæc Villosa ea ipsa, quam Epistola 3. vocavit Casulam.

Hutberto Abbati dono misit S. Bonifacius lectisternia caprina. Hestrido Presbytero parrem thymiamatis & Sabanum pro benedictione, & signo pugne charitatis. Porro Sabanum lineum est cum pro allis ubibus, tum pro abstergendo corpore. *S. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 55.* de quodam defuncto, cuius spiritus, forma humana indutus, operam suam in balneis locabat; qui Centumcellensi Presbytero balneaturo de pedibus calcamenta abstulit, vestimenta suscipiebat, & exenti de caloribus Sabana præbebat: quibus nimirum humorem & sudorem abstergeret.

Apud *Vit. Vicens. l. 3. de Persec. Vand.* accipitur pro linteo, quo infans jam jam ex baptismo susceptus, seu levatus amicitur. Nam Murita Diacon. Catholicus, cum ab Elpidiforo Apostata Ariano, fidei causa, torquendus esset, prius quam, ait Victor, exiret, clam foris, nescientibus cunctis, illa quibus Elpidiforum suscipiens de fonte nudum tulerat, sabana bajulabat. Quibus ventis, simulque in ostensione cunctorum extensis, in his verbis totam ad flerum & lachrymas commovisse dicitur civitatem: Hæc sunt lintamina, Elpidifore, minister erroris, quæ te accusabant, dum majestas venerit iudicantis.

Adhelm. de Laudib. virginis. Qui in Sabinis & Sindonibus bajulantur ægroti, Sanctorum meritis sospites, & vel compotes salubriter accedunt. Non est silentio prætereundum munus, quod à Presbytero illo oblatum dicit S. Greg. ministro suo tam fideli ac sedulo. Idem Presbyter die quadam ad balnea turus, intra semetipsum cogitans dixit: Viri illi qui solet mihi tam devotissime ad lavandam obsequi, ingratis apparere non debeo; sed aliquid me necesse est pro munere portare: tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox, ut pervenit ad locum, hominem invenit, atque ex more ejus obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque, & cum jam vestitus voluisset egredi, hoc, quod secum detulerat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens, ut benignè susciperet, quod ei gratia charitatis offerret, &c. Sed quid dux istæ oblationum coronæ Zacharias Pontif. in Græcia sua versione hunc locum ita vertit, *duo in vestibus oblationum coronas*. Dux oblationes secum accepit Presbyter. Iterum, *ampli pili* iussu *apostolicis* *liberatis* *quæ* *omnes* *virtutes* *autem* *ad* *divinam* *gratiam* *perducunt*. Oblationes, quas secum ferebat, ministranti tibi viro, benedictionis gratia, obtulit. Videtur ergo fuisse panes à fidelibus Presbytero oblatis; unde etiam oblationis nomen: & postea ab eodem benedicti solebant Eulogie, forma torunda: & hinc coronæ nomen. Quocirca ipse spiritus humana sub imagine delitescens, cum sibi panes isti offerrentur, aiebat: Mihi istas quare das pater? Ille panis sanctus est; ego hunc manducare non possum. Ego etenim, quem vides, huius loci dominus aliquando fui; sed pro culpis meis, huc post mortem deputatus sum. Si autem mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis intervenias. Et tunc exaudimur te esse cognosce, cum huc ad lavandum veneris, & me minimè repereris. In quibus disparuit, &c.

Revertamur ad S. Bonifacium: qui Pethlemon Episc. munuscula pro indicio charitatis direxit, id est, corporale pallium albis stigmatibus variatum, & villosum, ad tergendos pedes servorum Dei. Echberto Anglorum Regi munera statui ipsius consentanea obtulit idem S. Bonifacius: Pro signo veri amoris & devotæ amicitie, direximus tibi accipitrem uñum, & duos falcones, duo leuta, & duas lanceas.

Eadburge Abbatisse S. Bonifacio librorum sanctorum munera, id est, biblia, dono dedit: pro quo munere amplas agie gratias. Eidem Bonifacio Bugga quinquaginta solidos & pallium altaris misit. Inglice Presbyter. Lullo quomodo cultellos, nostra, inquit, consuetudine factos, & calamistrum argenteum, & mappam unam. Eidem misit Ethibet Rex caucum argenteum, intus deauratum, & duo reptæ. *Ep. 39.* Erat autem Caucum, patera, seu poculum. *Ep. 40.* Idem & Caucium, & Caucium. Sed quid Repta? Alibi: *Epist. 77.* Mimus vobis parva xenia, id est, replem ruptilem unam. Lullo Episc. misit Goravin. tres lucernas. S. Bonifacius Echberto

Nnn 4 Archiep.

